



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 24. Salutare decretum Cæsar is contra Protestes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII. citorum judicio relinquere: nihilominus  
A. C. 1715. tamen Peckinensis Episcopus, qui  
Linxingteorei morabatur, quamprimum præfatam Pontificis Bullam ex  
eunte anno hujus saeculi decimo tertio  
recepit, mox Mense Januario per  
Carolum Castoranum suum Vicarium  
Generalem refractariis hisce Missiona-  
riis Pontificis mandatum insinuabat.  
Hic quidem ad frangendam eorum du-  
ritiem cunctos submissæ eloquentiæ for-  
tes exhatiebat; summa tamen arro-  
gantia eum repulere Rituum prohibi-  
torum Assertores, atque inter eos per  
Gozani Jesuitarum Visitator Missionarii  
inhibuit, ne Pontificis decreto obedie-  
rent, donec nova decisio Roma affi-  
retur, ceteri vero Castorano minitaban-  
tur, quod illum, si Papæ decretum  
promulgare auderet, apud Imperato-  
rem denuntiatur essent. Eapropter  
Castoranus re infecta reverti cogebatur.  
Magis prospera nuntiabantur ex Japo-  
nia, cuius Imperator nomine Quan-  
rupsus Missionarios Catholicos admisit.

### §. XXIV. *Salutare decretum Cæsaris contra Protestantes.*

*Hist. cont.* Hoc item anno Carolus VI. Imperator  
*Chron. p. 35.* die quarta Septembris ad Imperium

perii Ordines Cæsareum, ut vocant, Sæc. XVIII.  
 Commissionis decretum transmisit, vi cu- A. C. 1715.  
 jus S. R. J. Electoribus & Principibus in-  
 sinuatum, ut totis viribus oblistant, ne  
 tam in Religionis quam justitiæ caussis  
 præcipue a Protestantibus non sine su-  
 premi Judicis præjudicio, suæque au-  
 toritatis imminutione nimis frequen-  
 ter a supremis Imperii tribunalibus ad  
 comitia Ratisbonensia recurratur, &  
 non raro contra clarum jus a quibus-  
 dam Legatis leges præscribantur: In-  
 super iidem Electores ac Principes a  
 Cæsare rogabantur, quatenus curare  
 velint, ne Ecclesiastici, & Prædicantes  
 ex suggestu in Templis, & Professores  
 in Scholis vel alii alibi convitia evo-  
 mant, perniciosos libros componant,  
 evulgent, vendant &c. transgressores vero  
 pœnis per Cæsarea edicta statutis coer-  
 ceantur, & Cæsarei Fiscales in sui of-  
 ficii executione non præpediantur &c.

### §. XXV.

#### *Exordium Veneti belli contra Turcas.*

Jam dudum Turcæ tot regiones & ur- *Hist. du-*  
*bes per Carlovitzensem pacem an-* *Princ. Eu-*  
*no prioris sæculi nonagesimo nono ini-* *gen. t. 5.*  
*tam sibi fuisse ereptas, permoleste fe-* *pag. 2.*  
*rebant: eas recuperandi spes, & Mo-* *Kettel. de-*  
*ream pag. 769.* *cad. VI.*